UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

II. Nemo res episcopi proprias peruadere, competere, aut confiscare praesumat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

Visual Library

ANNO CHRISTI 557.

turata morte credendæ ſunt peremiſſe, non debent filii vlterius poſſidere. Iniquum eſſe cenſemus, vt potius cuſtodes chartarum, per quas aliquid eccleſiis a fidelibus perſonis legitur derelictum, quam defenſores rerum creditarum, vt præceptum eſt, iudicemur.

II.

Et quia epiſcoporum res propriæ eccleſiarum res eſſe noſcuntur, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit crudelitate graſſatum, peruaſores rerum memoratarum Canonum diſtrictione feriet vindicta, dum corrigit; vt qui non moribus propriis, ac nulla conſcientiæ caſtigatione corripitur, ſaltem regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut peruadere periculoſa infeſtatione præſumpſerit.

III.

Et quia exempla boni operis a pontificibus debent primum, Chriſto opitulante, procedere, nullus epiſcopus res competat alienas: aut ſi competitas, aut a ſe, aut ab auctore ſuo, forte quis poſſidet, domino proprietatis poſſeſſionem propriam, abſque præiudicio liberalitatis regiæ, integra reformatione reſtituat: vt quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium ſuum eccleſiæ res exteras derelinquat.

IV.

Conuenit etiam vniuerſis fratribus, vt non ſolum præſentium rerum actus, ſed & animarum quoque debeant præparare remedia. [d] Nullus er-